

Utanskrift:

*A Monsieur  
Monsieur Linnæus  
Docteur en Médecine  
chez Mr Clifford*

à  
*Hartekamp.*

Linn. Soc., Vol. I: 403.

<sup>1</sup> Troligen JOHN ANDREW. Se detta band, s. 68.

135.

Fautori suo Optimo  
S. P.

Ioannes Bartsch.

Maxime miratus fui Tuas litteras, cur non prolixiores quaeris verborum ambages, quibus mihi persuadeas, vt iussa Tua libenter exsequar? Quid, quaeso, haec inter Te et me? Credebam Te iam diu de meo, quo in Te feror, amore conuictum, quid ergo prohibet, quo minus aperte loquaris. Transmittam perlectam plagulam, vt Tuum, si videtur, meis vilissimis licet monitis, adponas calculum. Quanam sunt illae controversiae, de quibus imprimendis apud Entium<sup>1</sup> nuperrime fecisti mentionem. Anne vidisti tum temporis dissectum cuniculum, qualesnam fuere in eius abdomine vermes? an potus  $\nabla$ <sup>2</sup> eo quid contulerit, cum inde iam tres solito citius mortui sint? Tum quaererem ex Te quales colorum permutationes occurrant in Nigris hominibus pro diuerso, quem sibi eligit inflammatio exitu; vix enim mihi persuadere possem, eosdem pro diuerso inflammationis statu in eos animaduerti posse colores, quos Boerhaavius recenset. Collectio insectorum Surinamensium, quam videre non potui, vendita est hodie vltra 100 floren. Vale. Lugd. die 5.

Utanskrift:

*A Monsieur  
Monsieur Linnæus  
Docteur en Médecine*

à  
*Hartekamp*

*by myn Hr Clifford*

Linn. Soc., Vol. I: 410.

<sup>1</sup> ABRAM ENS, se Afd. I: D. 6, s. 50.

<sup>2</sup> potus  $\nabla$  = potus aquæ.

Linnés brevväxling. Afd. II: 1.